

quod peccatio debiti ob finem vitandae incontinentiae a copula excolitur, ut petens tunc carnis molestim vixerit, sed satis est ut probabiliter timeat fore ut vixerit. Sic docet Supplem. Gabr. d. 31. q. un. a. 1. h.

Id tamen in omni sententia fatendum est, licet petens reus sit culpe intendens solam vitare fornicationem, reddentem bono fine ut sua satisfaciat obligationi, minime peccare, imo ad id teneri. Constat ex disp. praeed. nu. 5. ubi probavimus conjugii quoque fine ducto ad petendum, reddendum esse. Nec credendum est Gail. Rub. 4. d. 32. q. 2. a. 2. conc. 5. ubi ait petens ob finem vitandae fornicationis esse veniale reddere. Duciturque, quia quoties peccat exigens, idem peccatum admittit reddens. Quod fundamentum confirmat hoc l. disp. 6. nu. 4.

Ad arg. prima sent. n. 2. proposita resp. Ad 1. fateor illos Sanctos ejus fuisse sententiae, ita intelligentes locum illum D. Pauli, affirmantisque nunquam licere usam matrimonii ob prolis generationem, vel ob debitum reddendum: quod ex ardentissimo caltissimo amore, quo affecti erant, procedebat, valde tamen urget arg. 1. secundae sententiae adversus eam expositionem: & ideo aliter exponendum est D. Paulus: duplex enim est indulgentia & permissio, quaedam minoris mali, quaedam vero minoris boni; dum ergo concedit accessum ad uxorem ob vitandam fornicationem, non permittit tanquam minus malum, quam fornicatio, ut inde arguatur esse culpam venialem, sed permittit tanquam minus bonum, quam continere: atque ita nulla est culpa. Ex hac expositione sequuntur Lyranus & Cajer. in illum locum D. Pauli: & Soto a. d. 31. q. un. art. 4. vers. Accedit tertium. Et tunc intelligi debet iuxta nostram 3. sententiam quando conjuges sunt ita fragiles, ut aliter abstinere vix possint. Quod denotant ea verba: Propter incontinentiam vestram. Quae explicat Lyranus, propter pravitatem ad fornicandum. Ad 2. dic non proprie spectare, ad reddendū fidei bonam, cum conjux necessitate stimulo carnis pressus, utitur eo medio, quo huiusmodi xori se servet abstinens ab alieno concubitu. Ad 3. die impulsum concupiscentie tunc culpam habere, quando iudicium rationis subvertit, sed fecus quando impellit ut secundum rationis limites efigatur medium licitum, gratia illicitum cavendi. Præterea alio impulsu fuerit vitiosus, & præter rationis iudicium insurgens, non intersit actum sequentem culpa infici, qui non imperat & concupiscentia, sed a ratione illam cogente. Ad 4. die id verum esse, ubi suppetunt alia media ad resistendum: secus ubi illis tentatis ea est fragilitas conjugis, ut resistere nequeat. Ad 5. eodem prorsus modo dicendum est. Ad 1. arg. ex proposito nu. 2. pro 2. sent. & eius confirmatio constat ex dictis solis: explicat enim locum Pauli in solutione ad primum primæ sententia. Ad 2. die antecedens esse verum, si referatur ad finem matrimonium, vel ubi non est possibilis, ad secundarium, qui medio facillius obtineri nequit. Ad 3. die diversam esse rationem. Quia sibi potest conjux alius medio consulere, & in sua potestate est carnis tentationi resistere: at non potest alteri conjugi mederi, nec ipsius consentium in fornicationem impedire. Ad 4. die Deum concessisse matrem usum ad illam finem, ubi non potest finis primarius obtineri, nec finis secundarius facillius medio. Ad 5. die non pertinere ad bonum fidei petere ad vitandam in se incontinentiam, ubi petens aliter vitare potest. Ad 6. die non satis esse bonitatem finis & medi in se ipsi consideratum, sed oportere ut medium sit proportionatum, & bene referatur ad illum finem obtinendum. Ad ultimam negetur sequela. Quia licitum est accessus, ubi medio facillius continere nequeat.

DISPUTATIO X.

An licitus sit conjugalis usus ad tuendam, aut restaurandam salutem corporis sine finem relatus.

SUMMARIUM.

Referitur duplex sententia, nu. 1. & 2. Sententia Auctoris, nu. 3. An reddere petenti causa sanatio sit culpa. 4. Solentur argumenta, 5.

Uestio est facilis: & ideo breviter ab illa me expediam. Affirmant quidam culpam esse venialem, debitum petere causa sanitatis consequenda aut tuenda. Ducuntur primo. Quia Sancti solus prolis gratia aut debiti reddendi admittunt conjugalem usum licere. Ut constat ex D. Aug. de bono coniug. cap. 6. 7. & 10. rom. 6. & ex D. Greg. 1. 32. Moral. c. 20. & habetur c. Nervii 13. d. Secundo, quia finis hic ad verlarum marr. institutioni, quod ad bonum prolis, & vitandam fornicationem est institutum. Et confirmo. quia ideo peccat venialiter, qui gratia sanitatis consequenda baptizaretur, quia in finis adversatur Baptismi institutioni, quae est ad remissionem peccatorum ante Baptismum admissorum. Tertio, quia nec bonum fidei nec prolis inveniantur in eo accessu, quae solam exculat a lege veniali. Tandem, quia perversio debiti ordinis est, actum conjugalem, qui suapte natura referatur ad bonum speciei, referre ad individui bon-

num. Ideo hanc partem tenuit D. Tho. 4. d. 32. q. 1. a. 2. ad 4. & ibi Palud. q. 3. a. 3. sum. 21. & q. 2. a. 3. nu. 22. ubi addit, licet alio modo tantis obtineri nequeat, adhuc esse veniale. D. Ant. 3. p. 1. c. 20. s. 11. Rainer. 2. p. Jan. tit. De viciis. c. 13. Jo. de Friburgo sum. confess. 1. d. 10. 2. de matr. q. 36. Henr. c. Inquisitioni, n. 6. de sent. excom. Angel. v. Debitum, num. 24. ubi Syl. qu. 11. vers. 3. Tab. Matr. 3. q. 5. §. 6. Abulen. cap. 5. Matr. q. 255. Turres. c. Quidquid, n. 3. vers. 32. q. 2. Ferrar. 3. p. Speculi, a. 26. concl. 2. addens, licet non sit aliud medium. Petr. de Soto lib. 16. de matr. s. Quasi quor. Nider in sum. præcept. 6. c. 4. vers. Distum est 2. Margarita confess. 6. præcept. fol. 85. pag. 5. Pedraza sum. præcept. 6. §. 18. Matienz. l. 5. Recop. to. 1. rubr. gl. 1. n. 107. Petr. de Led. de matr. qu. 46. a. 5. dub. 4. addens, licet alius medium deiciat: & cum hoc etiam addito dicit esse viotorem Soto 4. d. 31. q. un. art. 4. vers. Gravius autem.

Alii vero docent omni culpa vacare petitionem debiti causa sanitatis acquirenda aut tuenda. Probat, quia cum ob prolis bonum id liceat, a fortiori id licebit ad propriam salutem insaurandam, aut tuendam, qui plus tenetur quilibet consulere. Secundo, quia intentio sanitatis comparanda non excludit prolis intentionem. Tertio, quia excessus in potius usque ad ebrietatem licitus est, gratia sanitatis insaurandae: cum tamen magis rationis ipsi priyret, quam actus conjugalis. Quarto, quia intendens sanitatem, referit virtutem actum illum in prolis bonum, cujus generationi morbo laborans ineptus est. Sic Aiman 4. d. 31. q. un. ubi Majoris, qu. un. concl. 5. Celata ibi q. un. fine, diciturque idem tenet Martinum de Magistris, & multos Nostericos, Palacios ibi disp. 2. §. 693. a vers. Porro nulla hantem. Em. Sa sum. v. Debitum conjugale, vers. Copulam, & dicit satis esse probable Veracruz 3. p. Speculi, q. 16. concl. 2. h.

Ceteram media via eligenda est, ut nulla sit culpa, quando aliud medium aptum non invenitur ad insaurandam, tuendamve salutem. Quod optime probant rationes secundae sententiae: tunc enim nulla est perversio debiti ordinis, cum in hoc sine bonum prolis, ac fidei quamvis remore includatur conjux enim bona utrens valetudine apior est proli generanda, ac debito reddendo: ubi vero medium aliud conveniens occurrit, erit culpa venialis. Quod probant rationes primæ sententiae. Et ideo ita docet Villoria summa de matr. 272. Led. 2. p. 4. q. 51. a. 5. Barthol. a Ledem. de matr. d. 28. 5. Solet moveri dubium, Enria. l. 11. de matr. cap. 15. n. 5. Manuel 1. rom. summa 2. edit. c. 243. num. 20. Et hanc tenentur esse probabilem, Soto & Petr. de Led. n. 1. allegati. Intelligit tamen (ut in simili dixi disp. præc. n. 4.) nullam esse culpam, principaliter intendere sanitatem, ubi spes prolis deficit, ea enim spe extante, et esse culpa venialis perversio finis debiti ordinis: cum finis principalis sit possibilis, & postponatur, nullaque urgeat necessitas, servato enim sine fobolis primario, postest secundario & concomitante referri actus ille conjugalis ad sanitatem. Iuxta dicta disp. 8. nu. 11.

In omni autem sent. fatendum est quamvis peccet defectu recti finis conjux ob sanitatem petens, reddentem minime peccare, sed teneri reddere. Ut probavimus hoc lib. disp. 6. nu. 7.

Ad argumenta prioris sent. num. 1. proposita resp. Ad 1. die Sanctus loqui, quando spes prolis habenda adest. Vel secundo, solum meminisse finium, qui per se, & ab extrinseco, semperque ad eum conjugalem exculant. Vel tertio reddendi ad bonum prolis & fidei. Confert enim sanitas ad filiorum procreationem, reddendamque debitum. Ad 2. die non loqui ubi proles non est possibilis, vel secundo reduci ad bonum prolis & fidei. Ad confirm. neganda est consequentia. Quia Baptismus est porus res sacra, nec aliqua modo referatur ad corporis sanitatem: at actus conjugalis potest esse in aliquo particulari medio ordinatum ad sanitatem. Ad 3. constat ex dictis, ubi reductive inveniri bonum fidei & prolis. Ad 4. die, nullam esse perversiorem ubi non speratur bonum speciei. Ad argumenta 2. sententiae proposita nu. 2. resp. Ad 1. teneri quemlibet potius saluti proprie consulere mediis ad id a natura indituris, quale non est usus matr. qui ob bonum prolis est. Ad 2. fateor non excludere, atque ita culpa vacare, ubi sanitas non principaliter intenditur, sed secundario & concomitante: secus ubi in sanitate consistit, tamquam in fine principali. Ad 3. die esse in hoc disparatam, quod cibus & potus a natura dirigitur ad individui conservationem: usus vero matr. ad bonum speciei. Ad 4. die illam relationem esse remotam, ac proximè non exculat, ubi aliud medium saluti tuenda aut insauranda occurrit.

DISPUTATIO XI.

An usus conjugii propter solam delectationem sit peccatum?

SUMMARIUM.

Referitur duplex sententia, nu. 1. & 2. An sit culpa mortalis, ubi voluptas limitet matrimonii excessus, & quando hoc contingat, 3. Quando intra matrimonii limites voluptas quaeritur, est culpa venialis, 4.

Quid

Quid si finis sit libidinem satiare, vel si vir calidus utens, aut alio modo se provocet, quo satisfacere non possit, 5. An oblatum in actu conjugali voluptatem accipere, culpa vacet, 6.

Reddatur debitum petenti, ob voluptatem, est obligatorium, 7. Solentur argumenta: & enodantur c. Origo, & cap. Libero- rum, 32. q. 4. n. 6.

IN hac disp. non desunt qui asserant, actum conjugalem ob libidinem explendam exercitum, culpam esse mortalem. Et probatur primo ex D. Hierony. in c. 5. ad Epb. & referunt cap. Liberozum, 32. q. 4. ibi, Liberozum in matrimonio opera concessa sunt, voluptates autem quae de meretricum captivum amplexibus, in uxore damnatae sunt. Et melius est eod. l. 1. contra Joannianum, & referunt c. Origo, 32. qu. 4. ibi: Adulter est in suam uxorem amator ardenter. Si ergo talis copula est damnata, & tanquam adulterina, erit manifeste lethalis culpa. Secundo, quia conjux fide utens conjugio non refert illius ulum in Deum, sed in solam delectationem: ac proinde froi vult creatura, in ea constituit ultimum finem, quod mortale esse dubitat nemo. Et confir. quia non est simile de aliis delectationibus: hæc enim iam mentem absorbet, ut liberum hominem non relinquit, quo illum in Deum refert. Sic sentit Hugo d. e. Origo, Hostiensis sum. de matr. s. Quis sit effectus, n. 23. §. & quia antiquiores (ut refert B. Bonav. dicens esse probabile, sed valde durum, 4. d. 31. a. 2. q. 3.) Jo. de Grassi repet. in c. Unum orarium, §. Alias autem, n. 21. d. 25. idem addentes esse mortale, virum calidus uti, vel alius medicis, quo naturam excitat, ut tepus cote possit. Malus sum. de matr. tit. de effectibus matr. vers. Item est alius effectus, & de bonis matr. vers. Item quarto modo. Nider in sum. præcept. 6. c. 4. vers. Distum est 17. lib. 9. l. 2. p. 4.

Alii vero alterum exercitum fecuti, censent nullam esse culpam, actum conjugalem propter voluptatem exercitum. Probat 1. quia teste Arist. 10. Ethic. c. 8. talis est delectatio, quale opus de quo est: at utus conjugii bonum est: ergo & delectatio de illo percipit. Et confir. quia teste eod. Arist. 7. Ethic. c. 9. non omnis aliquid ob voluptatem efficiens, est incontinentis, sed ubi ea est turpis: imo qui omnem voluptatem fugit, est agrestis: teste eod. Ethic. c. 2. Ad delectatio, ex actu conjugali orta turpis non est, 2. quia virtus temperantiae inclinat ad moderate percipiendas delectationes gultus, & tactus: velle ergo moderate delectari in accessu ad conjugem, actus erit studiosus, 3. quia ut ad libitum re sua, qualis est alteruter conjugis alterutrus, culpa vacat, quia in eo accessu invenitur sacramenti bonum, conjux enim propter voluptatem accedens, limites matr. non transgreditur: sed propter illius vinculum accedit, alius omnino absiterunt. Sic tenet Aiman 4. d. 31. q. un. & ibi Majoris: qu. un. concl. 7. Celata ibi q. un. §. & refert Martinus de Magistris. Palacios ibi disp. 2. §. 691. & seq. & dicit esse satis probabile Veracruz 3. p. Speculi, a. 10. concl. 2. h.

Prima tamen conclusio fit. Quando voluptas limitet matrimonium excedit: quia, licet, conjux ita voluptate captus ad suam accedit, ut paratus sit ad accedendum quamvis suus non esset, est culpa lethalis. Conclusio est D. Tho. 4. disp. 31. q. 2. a. 3. quem sequuntur universi. Et constat, quia conjux ita accedens, animam habet fornicandam, & quavis conditionalem, si alter conjux non esset suus; et a conditione non aufert rationem culpa a fornicatione, quod desideratur, ne actus conditionalis malus sit. Est tamen tunc hoc intelligendum: nempe, quando in eo accessu adit actualis illa prava voluntas, secus si conjux nil de hoc cogitare, quavis in ea esset habitualis dispositio, ut accederet, licet alter conjux suus non esset. Quia nullus habitus, sed actibus meretur ad demeretur. Ita advertunt Palud. 4. d. 31. quest. 3. a. 2. nu. 10. D. Anton. 3. p. 1. c. 20. s. 1. Ang. v. Debitum, n. 21. ubi Syl. quest. 2. Tab. Matr. 3. q. 2. s. 3. Soto 4. d. 31. q. un. a. 3. vers. Nihilominus adversus Turres. c. Quidquid, num. 3. vers. 32. q. 2. Verac. 3. part. Speculi art. 16. concl. 3. Barth. a Led. dub. 27. de matr. concl. 1. Matienz. lib. 5. recop. l. 1. rubr. gloss. l. num. 107. Capua part. 1. decij. l. 2. c. 282. n. 12.

Secunda conclusio. Actus conjugalis solius voluptatis gratia exercitus, nec fines matr. transgrediens est culpa venialis. Conclusionem hanc expresse docent D. Aug. de bono conjug. c. 6. to. 6. ibi. Conjugalis concubitus generandi causa non habet culpam, concupiscentie vero satietas, tamen cum conjugio, veniale. Et l. 5. contra Julianum, c. 7. h. rom. 7. d. Greg. respon. 10. ad interrogat. D. Augustini: & habetur c. Vir cum propter, 33. q. 4. Anselmus in eum locum D. Pauli 1. ad Corin. 7. Hoc autem secundum indulgentiam dico. Et probatur non esse peccatum mortale, rationibus secundae sententiae nu. 2. propositis, quae forit hanc sententiam probant. Quod autem sit veniale, inde probatur. Quia est debiti ordinis perversio, cum actus suapte natura tendens ad prolis bonum, referatur ad finem voluptatis capiende. Et confirmatur, quia bonum delectabile, quod est naturae sensitivae consonum, non potest recte esse finis operationis humane, sed solum bonum honestum, quod naturae rationali conforme est. Adde abutim rei esse querere actum propter delectationem illi adunctum. Cum delectatio sit propter ipsum actum, non vero actus propter delectationem illi adherentem. Ideo hanc tenuit Mag. str. 4. d. 31. ubi D. Tho. q. 2. a. 3. corp. D. Bonav. a. 2. q. 3. Durand. q. 4. n.

Ricard. a. 3. q. 3. Albert. Magn. a. 21. q. 4. Palud. q. 3. a. 3. n. 19. Suppl. Gabr. q. un. a. 2. concl. 5. Gallel. Borriolog. q. un. a. 2. concl. 3. Soto q. un. a. 3. concl. 3. Alifiodor. l. 4. sue sum. tr. 9. quest. 2. Gerson 1. p. in comp. Theologiae, tr. de sacramento conjugii. Al. phabet. 27. lit. O. Nicol. de Orbellis 4. d. 32. q. un. §. 1. D. A. 3. p. 1. c. 20. s. 11. Cajet. sum. v. Matr. c. ult. de peccatis contingentibus in usu matr. vers. Primum igitur caput, & 2. q. 154. a. 1. circa solus ad 4. vers. Ad 4. dicitur quod veniale. Abul. c. 5. Matth. qu. 243. §. & q. 235. Victoria sum. de matr. num. 261. Petr. de Soto, lecti. 16. de matr. §. Quia igitur. Led. 2. p. 4. q. 51. a. 6. inii. summa 4. q. 66. a. 1. §. Hæstibus tamen. Verac. 3. p. Speculi, a. 16. concl. 2. Margarita conf. 6. præcept. fol. 85. p. 2. Pedraza 6. præcept. §. 18. Ang. floribus 1. p. de matr. qu. 5. de bonis matr. disje. 3. conclus. 2. Enrig. l. 31. de matr. c. 4. n. 2. & c. 15. num. 5. Barth. a Led. dub. 27. de matr. concl. 2. Pet. a Led. de matr. q. 49. art. 6. dub. 1. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. n. 20. Em. Sa sum. v. Debitum conjugale, vers. Copulam si fiat. Cannedo sum. sac. de matr. c. 8. num. 76. Capua p. 1. decij. l. 2. cap. 82. num. 12. Insuper alii etiam Theologi asserunt esse peccatum, subiciente quo solus sit veniale. Hi sunt Ansel. 2. p. quest. 161. memb. 2. p. 2. Adrian. 4. tr. de Euch. q. Restat jam videre an propter corporalem immunditiam, in solus ad 2. principale. Merin 1. sum. c. 166. 13. Et ex Jurisperitis docent esse veniale eadem accessum causa delectationis, gl. c. Vir cum propria, v. Quod delectat 33. qu. 4. & c. penult. v. Damna 32. qu. 4. & c. Origo, v. Adul. 22. qu. 4. & c. Quiaquid, v. Adul. 32. quest. 2. & c. 3. quest. 4. in sum. verb. Quod autem. Alex. de Neuroubr. de spons. num. 26. Preposit. c. Nervii, f. d. 13. Henr. c. Inquisitioni, n. 5. de sent. excom. Rainer. 2. p. sum. 201. de matr. c. 133. ordiae Friburgo sum. confess. 4. l. 2. qu. 37. Astensij sum. 2. p. l. 8. 9. a. 2. inii. Ang. v. Debitum, num. 23. Reffell. ibi, nu. 4. Syl. 11. disp. 2. Nider in sum. præcept. 6. c. 4. vers. Distum est 17. lib. 9. l. 2. p. 4.

Hinc deducitur non esse audiendus Doc. relatos num. 1. dicentes esse culpam mortalem, ubi finis esset appetitum libidiniosum satiare: & aliquibus cibus saluti vit naturam adjuvaret, quo potentior redderetur ad frequentiore copulam. Nam cum libio illa mortalitas. limites minime egrediat, nec media alia sint illicita, non est unde culpa mortalis incurrat: led sola venialis. Atque ita ubi finis esset satiare libidinem, tenit expresse D. August. Cor. 7. Secundum indulgentiam dicog. 33. q. 4. in sum. v. Quod autem, Alex. de Neuro. Præposit. Astensij, Rollet. Ang. Syl. Joan. de Friburgo sum. confess. 4. l. 2. quest. 4. Abul. cap. 5. Matr. q. 235. & ubi vir manibus & calidus utens se provocat, sentit non esse mortale; Pal. a. d. 31. q. 3. a. 2. n. 13. ubi Suppl. q. un. a. 2. dub. 2. Abul. Jo. de Friburgo. Ang. Syl. proxime citati: Greg. Lop. l. 3. h. t. 2. p. 4. Humada super l. 2. tit. 1. p. 13. l. 2. num. 17. imo in non ob maiorem delectationem, sed bono fine id fieret, nulla esset culpa, ut docent Palud. & Supplementum ibi.

Similiter non est credendum Doctoribus asserentibus peccare venialiter conjuges, licet non coeamt propter delectationem, sed prolis gratia, si accipient delectationem illi actu annexam. Sic tenent aliqui antiquiores, teste D. Bonav. 4. d. 31. a. 3. q. 3. qui dicit id esse probable, idem docet Alifiodor. l. 4. sue sum. tr. 9. q. 2. Qui id probat hoc simi: ubi concioatur recto sine, peccat venialiter, si admittat gloriam vanam inde con- surgentem: ergo idem dicendum est de conjuge bono sine petente, si delectationem conjunctam minime respicit. Sed disparitas est aperta. Quia vana gloria est in se mala, & ideo omnino respondenda delectatio vero non est in se prava, imo natura ipsa sagaciter adiunxit illi non est in se prava, imo ut ejus generationi avidius homines vacarent, sicut species conservaretur. Sicut in eorum eda delectationem posuit, ob individui conservationem. Quare dicendum est omni vacare culpa, nisi nimius voluptatis excessus procuraret. Quia culpa la est culpa, uti matrimonio, fruendo delectatione, quam natura adiunxit propter honesti finis necessitatem. Atque ita docent Majoris 4. d. 31. qu. un. concl. 6. ubi Soto qu. un. a. 3. concl. 2. Veracruz 3. p. Speculi, a. 16. concl. 4. Barth. a Led. de matr. dub. 27. concl. 3. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. nu. 20. Angles floribus 1. p. de matr. q. 5. disje. 3. concl. 3.

Tandem quamvis debitum exigens ob delectationem peccet, tenetur aliter reddere. Per ea quae dixi hoc libro disp. 6. nu. 7. & docent Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 1. n. 4. D. Ant. 3. p. 1. c. 20. §. 7. Stephanus Gostia repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 174. Adrianus 4. de Euch. q. Restat jam videre, an propter corporalem immunditiam, in solus ad 2. principale. Sot. 4. d. 31. q. un. a. 3. vers. Inter solvendum Led. 2. p. 4. q. 66. a. 1. §. Hæstibus tamen Petr. de Led. de matr. 4. q. 6. dub. 1. in solutione ad rationem dubitantis, & nullam esse culpam tunc reddere, docent etiam Verac. 3. p. Speculi, a. 17. ad h. Matienz. l. 5. recop. 1. 1. rubrica, gl. l. n. 107.

Ad arg. prima sent. n. 1. proposita resp. Ad 1. die Libero- rum intelligi, ut talis copula sit damnata de veniali culpa, ut docet ibi gl. v. Damna, & c. Origo, ut illud sit adulterium non reatu criminoso, sed similitudine adulterinae libidinis, ar- det enim is conjux in uxorem, mre adulteri in concubinum, atque ita explicat glossa q. c. O 160. v. Adulter. Vel 2. die intelligendos esse eos textus, ubi voluptas matrimonium termi- K 4 nos

tionem. Quarto, de exactione debiti, & redactione post communionem. Hoc tamen quali certum est supponendum, minime culpam lethaletem admitti ob Eucharistiae receptionem post copulam conjugalem. Quia nihil sub culpa mortaliem post copulam conjugalem, aut excommunicationem: actus impedit, nisi capitale peccatum, aut excommunicatio: actus autem conjugalis est de se licitus, & ad summum erit venialis defectus alicuius circumstantiae. Quare minus bene Alexialis defectus alicuius circumstantiae. Quare minus bene Alexialis defectus alicuius circumstantiae. Quare minus bene Alexialis defectus alicuius circumstantiae.

Secunda ergo difficultas est, An venialiter delinquit debitor exigens die qua Eucharistiam sumpturus est? Qua in re aliqui existimant absolute culpam esse venialem. Dicitur primo, quia D. Hieron. in apolog. ad Pamach. pro libris contra Iovinian. sic inquit: Illorum conscientiam convenio, qui eodem die post eorum communionem. Et idem l. 1. contra Iovinian. asserit ad munditiam corporis Christi omnem cotum esse immundum. Et idem in quodam sermone in vigilia Paschatis de elu Agni, & retur c. Sciatas, 33. q. 4. sic inquit: Qui- cumque uxori debitor reddit, peccare non peccati orationi, nec de carnibus Agni comedere debet. Item si panes propositionis ab eis, qui uxores suas teigerant, comedi non poterant, quanto magis Panis, qui de caelo descendit non potest ab his, qui conjugalius paulo ante hederunt amplexibus, violari atque contingi? Secundo quia actus meritorius, & sub lethali obligans, arceat quandoque ab altaris ministerio, propter indecentiam, ut si iudex homicidam suspendat. Nil ergo mirum, si actus licitus debitor exigendi, ac meritorius, obliet propter indecentiam sumptionis Eucharistiae. Tertio, quia si quando culpa venialis admissa ratione voluptatis intentae, exigere debitor, impedit sub veniali sumptionem Eucharistiae, idem probris dicendum erit, quando culpa nulla fuit in ea exactione, sed ad debitum finem relata est. Quia culpa venialis non obstat, ut constat, Evagatio autem mentis, & hebetudo ad spiritualia, eadem est in utroque concubitu: absorbet enim mentem nimia illius voluptas, quocumque sine exerceret.

Quarto, quia Oza (ut referunt 2. Reg. 6.) a Deo percussus est, quod arcam teigerit. Cujus rationem Hebraei reddunt: Quoniam illa nocte ad uxorem accesserat; a fortiori ergo culpa erit ad Eucharistiam post copulam conjugalem accedere. Ideo hanc sent. tenent ex Theologis, Alexialis 2. p. q. 166. membr. 2. ad 3. ex argumentis prioribus, Mayronis 4. d. 32. q. 4. in fin. Abulen. c. 5. Math. q. 238. Timotheus Alexand. in suis responsion. 5. c. 13. Nicolaus Ploze tract. Socred. c. de cautelis circa Eucharistiam. Cabet. sum. verb. Communio, c. 1. de quatuor requisitis ex parte sumentis in 4. requisito. Victoria sum. de matr. n. 278. Sotus 4. d. 32. q. 2. in art. 3. post 2. conclusionem, veru. unum tamen. Petr. de Soto lect. 16. de matr. sequuntur circumstantiae. Ledesma 2. par. 4. qu. 66. ar. 1. s. Dubitabis tamen. Medina sit. 1. sum. c. 14. q. 42. fol. 207. pag. 2. c. q. 3. Verac. 3. par. Spec. ar. 17. concl. 2. Lud. Lopez 1. par. instrud. cap. 11. s. Insuper propter. c. cap. 80. s. Verum licet, Bart. a Ledesma de matr. dub. 81. s. De temporibus autem sacris. Petr. de Ledesma de matr. q. 64. ar. 7. notab. 2. Einn. s. sum. verb. Debitum conjugale, sit. Vuald. candell. sacrum. 1. p. de matr. n. 263. Maguel explicans, licet debiti exactio sit meritoria, 1. 10. Jun. 2. edit. c. 65. n. 2. Et ex Jurisperitis, gl. c. Sciatas 33. qu. 4. verb. Debeat, c. c. propositio, verb. proceptis. d. 82. Tabien. verb. Communio, q. 37. 643. Armiel. verb. Communio, n. 5. Martinez lib. 5. recap. 1. 1. rubr. gloss. 1. num. 112.

Alii autem censent nullam esse culpam. Probatur 1. quia pollutio involuntaria, in qua reperitur sola culpa venialis, tantum de consilio impedit Eucharistiae sumptionem, iuxta veriore sententiam: quam ultra alios defendit Covar. clm. s. Irifusius, & homicid. p. 3. in. num. 7. ergo a fortiori solum consilium erit abstinentie post copulam conjugalem, quae actus licitus est, a sumptione Eucharistiae. Secundo, quia actus ille cum licitus ex se sit, non impedit, nec in eo interit deordinatione alia venialis, satis est ad impediendum. Atque ita tenent Bassolis 4. d. 32. q. 4. un. ar. 3. Angel. Euchar. 3. num. 30. explicans, licet sit concubitus ille culpa venialis. Victoria sum. de Eucharistia, n. 81. Capua p. 1. dec. 12. c. 83. n. 9. favent, que Navar. sum. c. 21. n. 51. Philiar. de offic. sacerdot. tom. 1. par. 2. l. 3. cap. ult. fine, ubi dicunt de honestate sola debere abstinere, nec peccare saltem plus quam venialiter.

Prima tamen conclusio est. Convenientissimum est post copulam conjugalem, sine petendo sine reddendo exercitum abstinere ea die a communionem, idque consulendum est, nisi iusta aliqua causa oppositum suadeat. Haec conclusio ab omnibus admittitur constat. Quia in Conc. Eliberit. & refertur de consecr. d. 2. c. Omnis homo, consulitur ut Eucharistiam sumpturus 3. aut 4. aut 8. diebus praecedentibus a copula conjugali abstinere, & D. Aug. serm. 216. c. 244. de tempo. 10. per totum quadragesimam non accedere ad uxorem consilium communicatio in Paschate. Idemque probant Sanctorum testimonium n. 2. relata, & Joseph. l. 7. antiq. c. 8. scribit Mathematicum sacerdotem Jerosolymis die quadam solemnem a sacrificio abstinentia, quod nocte praecedenti uxorem cognovisset.

Secunda conclusio. Si debitor petatur sit recto sine, ut causa prolis, nulla est culpa ad Eucharistiam ea die accedere, sed solum est consilium abstinere, si quod iudicium est conjugis exsequens, ut pro ratione impedimenti, ad spiritualis affectus quem in se fenerit, aut communicat, aut abstineat. Hanc conclus. tradit D. Greg. resp. 10. ad interrogat. D. Aug. &

refertur, c. Vir cum proprio 33. qu. 4. ibi: Si quis sua conjuge non cupiditate voluptatis captus, sed solum liberorum crescendorum gratia utatur, & de sumendo corporis Domini sanguinisque mysterio, suo est relinquendus iudicio. Quia a nobis prohiberi non debet accipere. Ubi gl. verb. prohiberi ait, id est distanderi, eadem docent Alex. 4. p. q. 47. memb. 2. verb. Ad illud quod objicitur. Alb. Magn. 4. d. 32. ar. 12. D. Th. 3. p. q. 80. ar. 7. ad 2. D. Bonav. 4. d. 12. ar. 2. q. 3. ad fin. n. 90. Palud. 4. d. 9. q. 3. art. 1. n. 13. Gab. lect. 10. in canon. Missae lit. n. 1. De prima obiecti. Gerfon 2. p. tract. de preparat. ad Missam, c. Pollutione nocturna, consider. 8. alphas. 37. lit. Z. Adrian. 4. de Eucharist. q. Restat jam videre an propter corporalem immunditiam, in solut. ad 2. rationem. Turrec. c. 1. d. 6. n. 5. in solut. ad 2. D. An. 3. p. t. 13. c. 6. §. 10. Rosell. verb. Communicare, n. 8. Soto. Euchar. 3. q. 11. §. 13. Carthus. 4. d. 32. q. un. fi. Soto sub dubio, dicit enim forte non esse veniale 4. d. 12. q. 1. a. 7. ad fin. An. Cui. l. 5. in sit. major. 1. 5. n. 115. Ledes. 2. p. q. 2. a. 7. dub. 4. fin. Suar. 3. p. q. 80. ar. 8. disp. 68. lect. 2. ad fin. Bart. a Ledes. dub. 24. de Eucharist. concl. 2. ad fi. Ang. Florib. 1. p. de matr. q. 6. de oblig. forsan debitor, ar. 1. post §. diffie. dub. 2. c. Lud. Lopez 2. p. instr. de Eucharist. c. 76. §. Porro quoniam Beza sum. casu 8. Et in hac conclus. convenimus cum DD. 2. sententia, n. 3. relat. Extrat. est, quia licet in copula conjugali intercedat voluptas, & corporalis immunditia, cum haec accidat ob bonum prolis, & corporalis reatus finis, & voluntas a Deo, rationi illi indecentiae praeparandae, vel certe illam adequat, compensatque bonum ac honestas prolis. Et credo veram hanc conclusioem, licet in copula congressu mifceantur aliqua venialia, servato tamen debito fine. Quia adhuc permanet bonum prolis intentum praeparandae, aut adequandae, & cum difficillimum sit in medio ignis minime ardeat, vitare in eo actu culpam venialem, non ob id ardens est conjugis nec comunicat. Atque in hoc eventu admittit sententiam Angeli, n. 2. relata.

Imo idem existimo, ubi finis concubitus non est proles, & nec voluptas: sed incontinentia periculum evitare. Quia ad summum est culpa venialis in fine, & cum voluptas minime dominetur, sed continentiae, servandae fidei matrimonialis amor, non ita mens absorbetur, inveniturque ratio praeparandae, vel saltem adequandae & compensandae. Atque ita docet Majoris 4. d. 32. q. 1. arg. 3. contra 3. concl. explicans licet habeatur copula ad vitandum in conjugis petente incontinentiam, Gerfon n. praeced. citatus.

Tertia conclusio. Debitum conjugale exigens ex nimia 7 carnis concupiscentia, & voluptatis capiendae gratia regulariter culpam venialem admittit accedens post eam copulam ad Eucharistiam. Quia oritur magna distractio, mentisque hebetudo, deficientibus bono praeparandae, aut compensandae, & certe saltem in hoc eventu intelligenda sunt Sanctorum testimonia, n. 2. relata, & D. Greg. n. 5. allegatus, solum ubi causa prolis fuit petiti, admittit petendum iuxta iudicium relinquendum esse. Hanc tenent omnes DD. n. 2. citati D. Th. 4. D. Bonav. Palud. Gabr. d. Anton. Rosella. Silvefi. Turrec. Sotus, Ledesma, Ant. Cacer. n. 116. Suarez, Bart. a Ledesma n. 5. allegatus, Lud. Lopez. Beza ibi etiam relati.

Quarta conclusio. Possunt aliqua iusta causa adesse, quae indecentiam illam refarciant, atque ita nulla sit culpa accedens tunc ad Eucharistiam. Conveniunt in hac omnes DD. Prima causa est, magna festi sollemnitas, in qua est decentissimum ad Eucharistiam accedere. Tabien. verb. Communio, q. 37. §. 43. Secunda est, si dies sit iubilaei, exigaturque communionem, quo comparatur, Enriq. l. 8. de Euchar. c. 51. n. 3. Tertia est specialis devotio praeparatio ad communionem. Sic Lud. Lopez. 1. p. instrud. c. 11. §. Insuper propter Rosell. c. 76. §. 1. arg. 3. concl. Verac. 3. par. Spec. ar. 17. ad fin. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. n. 18. Lud. Lopez. 1. par. instrud. c. 80. §. Verum licet. Capua p. 1. dec. 12. c. 83. n. 9.

Quarta difficultas. Quanta temporis mora praescribenda sit, ut post cotum conjugalem decenter ad Eucharistiam accedatur, & abique culpa veniali, caso quo culpa est accedens? Illud tanquam certum supponendum est, moram de qua meminit Concilium Eliberitan. c. D. August. quem na. 4. retuli non esse necessarium, sed tantum sub consilio: atque id fatentur omnes citandi DD.

Varia ergo tempora praescribuntur. Quidam viginti quatuor horarum spatium a copula transactum esse perunt. Quia Leo. 15. c. Deu. 23. id tempus statuatur pro iustrationi polluti: eoque spatio elapso iam non celetur moraliter praesens ea immunditia, Atque ita agentes de nocturna pollutione tradunt Alex. 4. p. q. 47. membr. 1. ar. corp. statim in prin. D. Th. 4. d. 9. qan. art. 4. questio. 2. cor. fi. Alb. Magnus 4. d. 22. ar. ult. Angles Florib. 1. p. de Eucharist. qu. 2. de iustificanti eam, n. 5. in. concl. Turrec. c. 1. ar. 7. d. 6. & sub dubio Palud. 4. d. 9. q. 3. ar. 1. n. 11. Et quando culpa est peccatum mortale, docent idem Aug. Eucharist. 3. n. 29. c. Navar. sum. cap. 21. bisp. p. 50. latin. n. 51. c. 25. c. Verbi n. 93. Alii vero tantam desiderant moram negant, quia nulli solito fundamento inveniunt. Sic D. An. 3. p. t. 13. c. 6. §. 10. f. Angel. Eucharist. 3. n. 29. limitans ubi copula non est mortalis. Adrian. 4. tract. de Eucharist. qu. Restat jam videre an propter corporalem immunditiam, in solut. ad 3. principate, Sotus 4. d. 12. q. 1. a. 7. ad fin. verb. Quod si queratur, Petr. de Ledes. sum. de sacrum. tract. de Euchar. cap. 13. concl. 1. fin. & sub quadam disjunctione idem docent Palud. c. Victoria: ut statim referam. Non tamen inter hos conve-

10. Ad primum arg. ex propositis nu. 2. dic duo priora testimoniis intelligi, ad de consilio, aut certe de culpa veniali, quando praecedit debiti petiti causa voluptatis. Ad c. Sciatas, responder D. Th. 4. d. 32. qan. d. 1. ar. 1. sermone ubi esse de Ecclesia ministris conjugatis, quales sunt Graeci, quibus interdum est celebrare die, qya ad uxores accedit. Vel die cum Negada, eo c. Sciatas, n. un. id esse consilium. Ad secundum arg. ad hoc conflet. Quia id in ministris altaris institutum non reperitur prohibitum respectu Eucharistiae recipiendae. Ad 3. constat ex didis n. 5, & 7. nam in priori causa non est tanta mens evagatio, ad delictum bonum praeparandae aut compensandae. In posteriori autem illa est major, & hoc desiderat. Ad 4. dic non esse fuisse caugam, sed quia cum faceris minime esset, tenere Arcam teiguit, quod locus sacerdotibus permittebatur. Sic D. Th. 4. d. 12. q. 2. ar. 2. questio. 3. ad 3. Vel teste Abul. 2. Reg. 6. 10. quod modica reverentia, & quasi reu profanam, Arcam teigerit. Ad 1. ex propositis n. 3. die, majorem obstanti rationem inveniri in actu conjugali, quam in pollutione involuntaria: ut bene docent Suar. c. Enriq. n. praeced. relati. Quia est actus voluntarius, & in potestate hominis constitutus, ac proinde magis mentem absorbet, & a spiritualibus avocet. Ad 2. dic non solum actum conjugalem, nec solum culpam venialem obitare, sed utrumque: quia nullam ad eum reu compensandam bonam, evagationem mentis ex copula consequentem, ut explicui n. 7.

11. Secunda difficultas. An conjugis reddens debitum tenetur sub veniali, ea die a communionem abstinere? Affirmant aliqui. Quia accessit licet debitor, non minus mentem a spiritualibus avocet, ipsamque absorbet, quam debiti spontanea petitiu. Ita videtur sentire Cajet. sum. verb. matrimonium, c. ult. §. Primum est, in sig. Tabien. verb. Communicare, q. 37. §. 43. Victoria sum. de matr. n. 278. generaliter enim ac iudicant dicunt esse venialem culpam post concubituam uxorem communicare. Et docent in terminis Ledesma 2. p. q. 2. q. 66. ar. 1. s. Dubitabis tamen. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 65. n. 2.

12. Ceterum dicendum est nullam esse culpam, quamvis optimum consilium sit tunc abstinere, iuxta dida n. 4. Quia ad hoc bonum satisfaciendi iustitia debitor, quo voluptas illa coitus, & mentis evagatio inde orta, praeparandatur, vel certe adequatur, & per hoc constat solutio argumenti contrarii: Quare si conjugis sub iudicio relinquentem est, sicut n. 5. diximus de petente causa prolis: imo a fortiori de conjugis reddente id latendum est: ille enim actum spontaneum, hic vero necessarium exercet. Atque ita docent D. Thom. Bonav. Palud. Gabr. D. An. Rosell. silvefi. Suar. Bart. a Led. quos n. 5. retuli Alex. 2. p. q. 166. membr. 2. ad 3. ex argum. priori loco propositis: c. n. 2. p. 3. Alb. Magn. 4. d. 32. ar. 12. c. ibi Carthus. q. un. fin. Bassolis. q. un. ar. 3. Glof. c. Sciatas 33. q. 4. verb. Non potest, c. verb. Debeat, c. ibi Turrec. ar. 6. n. 9. c. n. idem Turrec. c. p. 1. n. 3. ad 2. c. 6. Afson. sum. 2. par. l. 8. tit. 10. ar. 4. qu. 1. Adrian. 4. de Eucharist. q. Restat videre an propter corporalem immunditiam, in solut. ad 2. rationem, Gerfon 2. par. tract. de preparat. ad Missam, consider. 8. alphas. 37. lit. Z. Sotus 4. d. 12. q. 1. ar. 7. ad fin. Majoris 4. d. 32. q. 1. argum. 3. contra 3. concl. Verac. 3. par. Spec. ar. 17. ad fin. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. n. 18. Lud. Lopez. 1. par. instrud. c. 80. §. Verum licet. Capua p. 1. dec. 12. c. 83. n. 9.

13. Tertia difficultas. Quanta temporis mora praescribenda sit, ut post cotum conjugalem decenter ad Eucharistiam accedatur, & abique culpa veniali, caso quo culpa est accedens? Illud tanquam certum supponendum est, moram de qua meminit Concilium Eliberitan. c. D. August. quem na. 4. retuli non esse necessarium, sed tantum sub consilio: atque id fatentur omnes citandi DD.

14. Varia ergo tempora praescribuntur. Quidam viginti quatuor horarum spatium a copula transactum esse perunt. Quia Leo. 15. c. Deu. 23. id tempus statuatur pro iustrationi polluti: eoque spatio elapso iam non celetur moraliter praesens ea immunditia, Atque ita agentes de nocturna pollutione tradunt Alex. 4. p. q. 47. membr. 1. ar. corp. statim in prin. D. Th. 4. d. 9. qan. art. 4. questio. 2. cor. fi. Alb. Magnus 4. d. 22. ar. ult. Angles Florib. 1. p. de Eucharist. qu. 2. de iustificanti eam, n. 5. in. concl. Turrec. c. 1. ar. 7. d. 6. & sub dubio Palud. 4. d. 9. q. 3. ar. 1. n. 11. Et quando culpa est peccatum mortale, docent idem Aug. Eucharist. 3. n. 29. c. Navar. sum. cap. 21. bisp. p. 50. latin. n. 51. c. 25. c. Verbi n. 93. Alii vero tantam desiderant moram negant, quia nulli solito fundamento inveniunt. Sic D. An. 3. p. t. 13. c. 6. §. 10. f. Angel. Eucharist. 3. n. 29. limitans ubi copula non est mortalis. Adrian. 4. tract. de Eucharist. qu. Restat jam videre an propter corporalem immunditiam, in solut. ad 3. principate, Sotus 4. d. 12. q. 1. a. 7. ad fin. verb. Quod si queratur, Petr. de Ledes. sum. de sacrum. tract. de Euchar. cap. 13. concl. 1. fin. & sub quadam disjunctione idem docent Palud. c. Victoria: ut statim referam. Non tamen inter hos conve-

nit quanta debeat esse mora. Quidam existimant sufficere ut copula non accidat intra eundem diem naturalem a media nocte incipientem. Ita agentes de pollutione nocturna tradunt Adrian. D. An. August. proxime citati, c. Palud. 4. d. 9. q. 3. ar. 1. nu. 11. sub disjunctione dicit, ait enim eam impetire, si citra mediam noctem accidat, vel forte si intra viginti quatuor horas. Idem videntur tenere alii DD. qui explicantes quando communicatio post actum conjugalem culpa venialis sit, dicunt id contingere, quando ea die habitus est. Ita Cajet. sum. v. Communio, c. 1. De requisitis ex parte sumentis, in 4. requisi. Nav. sum. c. 21. n. 51. An. Cui. l. 5. in sit. major. n. 116. Verac. 3. p. Specul. ar. 17. concl. 1. Bart. a Ledes. dub. 24. de Eucharist. concl. 2. ad fi. Alii explicitant, quando prae communio copula conjugalis habita est, Sic Medina 1. sum. c. 14. §. 42. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 65. n. 2. Bart. a Led. de matr. dub. 71. §. De temporibus autem sacris, Lud. Lopez. 1. p. instr. cap. 11. s. Insuper propter. Tandem alii explicant, quando post precedentem exercita est copula conjugalis. Ita Victoria sum. de matr. n. 178. Sotus 4. d. 32. qan. ar. 5. post 2. concl. verb. Unum tamen. Manuel 1. tom. 2. edit. c. 243. n. 18. & de pollutione mortali dicit disjunctive Victoria sum. de Euchar. n. 87. abstinendum esse post illam, usque ad diem sequentem, vel ad viginti quatuor horas.

Sed existimo certam moram praescribi minime posse. Quia 14 cum mens evagatio, & hebetudo ex pollutione, at ex copula conflurgens, impeditur illius Eucharistiae sapientidae causa sit, alii autem tardius, alii citius ea expulsa sese colligant, ad pristinamque mentis tranquillitatem redeant, ea potius regula istruenda est, ut quantum mens illa evagatio perleverat, duret impedimentum & indecentia, cessanteque illa, cesset. Atque ita docent Gabr. l. 10. in canon. Missae, lit. M. verb. Teigendatur, Gerfon 2. p. tract. de preparat. ad Missam, c. Pollutione nocturna, consider. 7. alphas. 37. lit. T. Major. 4. d. 9. q. 2. ad fin. Suar. 3. p. q. 80. ar. 8. disp. 68. lect. 2. §. 2. dicensum est. Credo tamen nunquam transacti viginti quatuor horarum spatium, imo si nocte praecedenti non habita sit copula, hac ratione abstinendum esse ab Eucharistia. Quia jam moraliter non censetur praesens, nec admittit mens evagatio durare solet: minor tamen mora sufficit in iis, qui facilius se colligant: ad quod principalem attendendum est. Aliquem autem temporis moram praescripiendum: quia nonnulli scrupulos agitari de peccato animo, & a perturbatio vacuo esse non arbitrabuntur. Alii vero ea sunt mentis evagatione, ac ita rebus saecularibus implicati, ut nunquam ad se redeant; quare est necesse his aliquam moralem praescribere moram, servata regula ut principaliter attendatur, si reliqua illa pollutionis ac copulae manent adhuc, necne.

Quarta difficultas. An post communionem licet ea die 15 petere debitum (de redditione enim diximus n. 9. in omni tempore eam licitam esse, ac obligare) Quidam censent esse culpam venialem. Videtur enim indecens ea die non abstinere. Ita Angel. verb. Eucharist. 3. fin. Vuald. candell. sacrum. 1. p. de matr. n. 273. Beza sum. casu 8. sed vero tenent Palud. 4. d. 9. q. 3. ar. 2. concl. 3. n. 14. D. Anton. 3. p. t. 13. cap. 6. §. 10. Silvefi. Eucharist. 3. q. 11. §. 13. Turrec. c. Sciatas 33. q. 4. nu. 11. ubi dicunt die communionis exigendum non esse debitum, at non esse culpam mortalem: addique Paludanus, licet causa prolis petatur: cujus contrarium docet idem Turrec. c. Omnis homo, de consecr. d. 2. n. 3. afferens ob delectionem peti non posse ob Sacramento reverentiam, secus causa prolis. Idem videntur tenere Ant. rubric. de sponsal. n. 16. c. ibi Alex. de Nevan. 28. dicunt enim recipientem Eucharistiam, licet reddere, non tamen exigere: & aperte loquuntur post communionem. Quia immEDIATE tradaverant de communicatio.

Verus tamen existimo, nullam esse culpam, quamvis 17 num. consilium sit ob Eucharistiae reverentiam abstinere. Quia nullibi invenio prohibitionem, nec indecentiam, quae culpam constituat, & ita sentiant Tabien. verb. Communio, qu. 37. §. 43. Victoria sum. de Euchar. n. 82. videtur tenere Navar. sum. c. 21. n. 51. & clarus sum. bisp. eod. c. c. num.

DISPUTATIO XIV.

S U M M A R I U M.

Quot sint questionis disputandae, num. 1. Uxor potest participare cum viro excommunicato, 2. Nil refert, si tempore initi matrimonii non ipsam esse excommunicatam, vel si ipsa pariter sit excommunicata, 3. An possit in omnibus rebis participare cum viro excommunicato, 4. Quid in divinis, num. 5. Et quid, si vir sit excommunicatus cum participantis, 6. An possit excommunicatus interdicit uxori participationem cum viro, 7. Quid, si sit sponsa de praesenti aut futuro, 8. Quid, si excommunicatio lata sit in causa matrimonii, quia illicitum est, 9. An uxor participans in crimin. cum viro excommunicato, incurrat excommunicationem, 10. Quid si divorcium fiat, 11.

An possit participare cum excommunicatis, cum quibus vir communicatus, ut si vir excommunicatus invitet, possit uxor eidem interesse mensis, 12.
 An uxor teneatur participare cum viro excommunicato; Refertur duplex sententia, n. 14. Et 15.
 Sententia auctoritatis, n. 16. Et ibi, si vir negligat uxorem corrigere, an peccet, Et incurrat excommunicationem minorem? Et lex utens verbis gratia frequentioribus illis, non excludit casus similes.
 Solvantur argumenta, Et enodatur cap. De filia, n. 27. q. 1. d. 17. n. 17.
 An conjug non excommunicatus possit petere debitum, Et teneatur excommunicatus reddere, 18.
 An excommunicatus possit petere. Refertur quedam sententia, 19.
 Sententia auctoritatis, 20.
 An excommunicato petenti teneatur alter reddere, 21.
 Quid si uterque sit excommunicatus, 22.
 An conjug excommunicatus possit petere conjugem, quo spoliatus est? Refertur quedam sententia, 23.
 Sententia auctoritatis, 24.
 An uxor possit dotem repetere a viro persistente in excommunicatione, 25.

Praemissis aliquibus, caeciora sunt, quatuor breviter quaestiones disputabo: I. est, an vir possit cum uxore excommunicata participare? II. an conjug excommunicatus possit debitum exigere? III. an possit petere conjugem, quo spoliatus est? IV. an propter viri pertinaciam in excommunicatione persistens possit dos repeti?
 Prima conclusio. Uxor minime teneatur abstinere a participatione cum viro excommunicato. Hac admittitur ab omnibus, & habetur expresse, c. Quoniam multos 11. q. 3. Quod est Gregor. VII. ibi: Quoniam multos pro causa excommunicationis perire quodammodo debemus, partim ignorantia, partim simplicitate, partim timore, partim etiam ex necessitate. Devoti misericordia ab emendationis vinculo hoc subtrahimus, videlicet uxores. Et in versis, celebri relato a Glossa, c. Cum desideres, de sent. excom. verb. panam, continens casus in quibus excommunicatus participans cum excommunicato, clauditur hic in particula, Lex, quam universi de lege matris, explicant.
 Nec retinet, si uxor tempore, quo virum duxit, ipsius excommunicationem perire nesciat. Vel si uxor pariter sit excommunicata. Potest enim in utroque eventu hoc privilegium frui, Quia textus non distinguit: & ratio in ipso tradita, ne animae pereant, dum conjuges cohabitantes, & tam arcto vinculo constituti necessitate quasi coacti, participant, in utroque eventu locum habet. Atque ita docet Ugo in de excomm. tab. 2. c. 23. §. 6. num. 1.
 Haec autem communicatio uxori permessa cum viro excommunicato non tantum est in debiti conjugalis petitione, & redditione: sed & in omnibus aliis humanis obsequiis ac commercio. Quia omnis participatio cum excommunicato interdicitur, c. Sicut Apolloni, cum multi, §. q. 1. quia a qua regula ibi, c. Quoniam multos, uxor generaliter & indistincte excipitur. Quare non est cur coercatur ab aliqua viri communicatione abstinere: eo vel maxime, quod cum jus non distinguat, nec nos distinguere debemus, l. De pretio, ff. de publiciana.
 Et ita sentiant Hostien. sum. in de sentent. excomm. 6. Quae sit pena participationum, n. 15. versio. Lex excusat. Palud. 4. d. 18. q. 6. art. 2. n. 3. Gabr. ibi, q. 3. ar. 1. notab. 3. Turres. d. c. Quoniam, paulo post princ. Navar. sum. hisp. cap. 28. addit. ad n. 27. c. 27. Henriquez lib. 13. de excomm. casu 2. Ugolin. relato; n. pp. ex. Manuel 1. tom. 2. edit. cap. 82. n. 12. Pet. de Ledesma. sum. sacram. cap. 7. de excomm. casu 2. Vivald. candel. sacrament. p. 2. de excomm. n. 100. Emm. Sa. sum. verb. Excommunicatio, cap. 1. ad fir. vers. Excusant communicantem. Et neminem de hoc dubitantem vidi.
 Imo eadem ratio probat in divinis etiam esse licitam eam participationem. Cum generalis sit exceptio, ut uxor minime comprehendatur sub praecipio participationem cum viro excommunicato interdicente. Quod sustinet Nav. Enric. cod. n. 2. in comm. l. 1. Bon. Sa. n. praeced. allegati. Et saveni Turres. Et Vivald. ibi allegati, docent enim generaliter in omnibus participationem esse permittam. Et mihi valde placet, quoniam non me lateat oppositum probari a Cajet. sum. verb. Excommunicatio, ad fin. cap. participatio cum excommunicatis, quibus casibus permittatur statim in princ. Ex Armill. cod. verb. nu. 44. dum dicitur extra divina licere participationem cum excommunicato, in casibus contentis in eo versiculo: Uile, lex, humile, vel ignorantia necesse. Quod dicit esse tutius Henriquez lib. 13. de excomm. c. 22. n. 3. f.
 Neque iudice excommunicato virum, & cum eo participante, censetur uxori interdicitur participatio. Quia ea sententia solos ligat eos, qui extra casus permittis communicant. Sic docent Socin. c. Inter alia n. 59. c. n. 125. de sent. excomm. Ugolin. de excomm. tabul. 2. c. 23. §. 6. n. 3.
 Possit tamen iudex excommunicatus, ob viri pertinaciam interdicitur uxori participationem cum viro, non quoad debitum conjugale, quae obligatio ex ipso iure naturae confugit: sed quoad hominem convictum, ne videlicet, cum ipso loquatur, aut eidem mensae adsit, de. Ita Palud. 4. d. 18. q. 6.

art. 2. num. 6. ubi Gabr. quest. 3. artic. 1. notab. 3. ad fin.
 Utrum autem hoc privilegium gaudeat sponsa de praesenti, respectu sponsi excommunicati, non constat, Ugolin. de excomm. tabul. 2. c. 23. §. 6. n. 4. negat. Ducitur, quia c. quoniam multos, 11. q. 3. concedens hoc privilegium, de uxore loquitur, cujus appellatio sponsa non continetur, l. Si qua, §. 1. Et seq. ff. de ritu nupt. Praeterea, quia sponsa cum sponso non excommunicato habitare non potest: ut cavet Trid. sess. 24. c. 1. de matrim. vers. praeterea eadem Synodus: nedum cum excommunicato. Sed quoniam videtur de sponsa de futuro libenter admittam: at ubi sponsa est de praesenti, contrarium approbo. Tum, quia in favorabilibus, quale est decretum excipiens uxorem, cum ad vitandam animarum periculum sit: uxoris nomine, sponsa de praesenti venit (ut probavi l. n. 3.) Tum etiam, quia per matrimonium nondum consummatum facta est mutua corporum traditio inter conjuges, & ad cohabitandum alicuique obsequia fieri astritit, atque ideo fit a participatione arceantur, maximo expositi sunt periculo: cuius evitatio fuit decernis d. c. quoniam multos: ut ibi habetur. Nec est verum Tridentinum esse in loco interdicitur sponsis de praesenti cohabitacionem, sed solum monet ne ante benedictionem in templo suscipiant cohabitacionem: quare id vel solum consilium, vel ad summum, ubi causa iusta deficeret, esset veniale, si consummarent tunc matr. at potest esse sponsa de praesenti, nondum cognita post dictas benedictiones. Quare ergo ab ea participatione arceantur. Et ideo sentio eodem privilegio gaudere sponsum de praesenti respectu sponsi excommunicati, etiam nondum benedictionibus Ecclesiae susceptis. Non enim a cohabitacione, & mutuis obsequiis tunc arceantur, sed a copula, ad summum, & hoc si causa iusta absit: imo nec tunc solus culpa aliqua, ut probavi lib. 3. disp. 12. nu. 7. ubi dixi etiam esse consilium aliquando consummare.
 Secunda conclusio. Aliqui sunt casus, in quibus non licet uxori participatio cum viro excommunicato. Primus est, quando excommunicatio esset lata in causa matrimonii, de cuius valore si pendet: ob idque conjugibus interdicitur esse matrimonio uti, gratia vitandae fornicationis periculum. Quia tunc communicatio in magnum animarum periculum cederet. Sic Hostien. sum. t. de sententia excomm. 5. Quae sit pena participationum, n. 15. versio. Lex excusat. Palud. 4. d. 18. q. 6. art. 2. n. 3. ubi Gabr. q. 3. ar. 1. notab. 3. versio. Lex Astenfis sum. 2. p. 1. 8. l. 12. q. 4. D. Ant. 3. p. 1. 25. c. 1. §. 1. versio. 2. excusat. Angel. Excommunicatio n. 7. Rosella Excomm. n. 4. Silesi. Excomm. 5. n. 4. versio. 2. excusat. Tabini. Excomm. n. 9. versio. 7. Armill. verb. Excomm. n. 45. Sotus 4. d. 22. q. 1. ar. 4. concl. 5. casu 2. Gregor. Lop. 134. verb. Aelia, 10. p. 1. Ugolin. de excomm. tabul. 2. c. 23. §. 6. n. 4. Capua p. 1. dec. 14. c. 13. n. 7. Ludov. Lopez 2. p. instr. de excomm. c. 16. §. praeterea versiculum, Henriquez l. 13. de excomm. c. 22. n. 2. Bart. a Ledes. de penitent. ubi de excomm. dub. 11. casu 2.
 Secundus casus est. Ubi uxor vellet particeps esse criminis, ob quod lata est excommunicatio in virum. Ea enim participatio nullatenus est permessa. Habetur expresse, c. Inter alia in fine, de sent. excomm. ubi Glossa. fin. recte advertit, uxorem sic participantem incurere excommunicationem majorem, latam in sic participantem, c. Nuper, c. Si concubina de sent. excomm. in omnibus his casibus, in quibus a quovis alio sic participante contraheretur. Quia nullo in hoc eventu gaudet uxor privilegio.
 Tertius est. Ubi conjuges divorcio separati essent. Quia 10. cum ob id uxor a viro separata sit, ab eoque obsequiis liberata, iure optimo non habet tunc locum dispositio cap. quoniam multos 11. q. 3. sic sentiant Joan. Andr. c. Inter alia, n. 4. de sent. excomm. Anchar. cap. Statuimus, nu. 4. cod. tit. n. 4. de sent. excomm. Ugolin. num. praeced. citatus. Ex quo deducitur, viro coeunte cum excommunicato, non posse uxorem eidem mensae accumbere, ne cum excommunicato participet. Sic Astenfis 2. p. sum. l. 7. n. 13. quest. 5. Monald. sum. trad. de excommunicat. in. In quibus casibus, quis possit excommunicato participare, versio. Item licet vir, D. Anton. 3. part. tom. 25. cap. 1. §. 1. versio. 2. excusat. Rosell. Excomm. 6. num. 5. Angel. Excomm. 8. num. 9. Silesi. Excomm. 5. num. 4. versio. 3. excusat. Tab. Excomm. 8. n. 9. versio. 8. Enric. l. 13. de excomm. c. 22. n. 4.
 Tertia conclusio. Uxor non tantum potest esse cum viro excommunicato, sed ad id teneatur, & ad ea praestanda obsequia, ad quae ante excommunicationem astricta erat. Ita explicans cap. quoniam multos, 11. q. 3. declaravit Innoc. cap. Inter alia, de sentent. excomm. & docent ibi Joan. Andr. n. 3. Abb. n. 3. Felin. n. un. versio. Nota ulterius, Henric. n. 7. Ugolin. de excomm. tabul. 2. c. 23. §. 6. n. 3.
 His praemissis, Quaestio prima est, An similiter vir possit participare cum uxore excommunicata? Tripliciter invenio sen-

sententiam. Prima docet non posse ultra debitum conjugale. Ducitur primo, quia cap. quoniam multos, 11. q. 3. ubi id privilegium conceditur, de solis uxoris sit finem. Et quamvis vir, & uxor sint correlativa, ac proinde dispositum in uxore, cenferi videatur dispositum in viro: at non est eadem ratio, quod ad vitandam illius regulam desideratur. Vir enim est caput, ac proinde tenetur uxorem corrigere, quo ab excommunicatione recedat, & dum id minime praestat, ab eius excommunicatione abstinere. Secundo prob. ex cap. De filia 27. q. 1. quod est ex com. Martini Brachensis cap. 30. ubi pater clericus esse prohibetur cum filia deo dicata, quae nupt. ergo nec vir esse potest cum uxore excommunicata. Ita Gloss. d. cap. quoniam multos, n. Uxoribus ubi Archid. n. un. versio. 1. Sed nunquid, Goffred. sum. tit. de sent. excomm. n. 30. Jo. Monac. cap. Statuimus, n. 2. versio. Contra dic. de sentent. participatum, n. 6. Gloss. sum. t. de sent. excomm. 5. quae sit pena participationum, n. 15. versio. 2. excusat. Astenfis 2. p. sum. l. 7. n. 12. q. 4. Henric. c. Inter alia, n. 5. de sentent. excomm. Addit. ad Abbatem ibi, n. 3. lit. A. D. Anton. 3. p. tit. 25. cap. 1. §. 1. versio. 2. excusat. Rosell. Excommunicatio 8. num. 4. Armilla verb. Excommunicatio n. 45. l. 34. tit. 9. p. 1. Et ibi Greg. Lopez verb. A. c.
 Secunda sententia tenet licitum esse participationem in debito conjugali, & in obsequiis debitis viro ab uxore ut in domus administratione: sicut in mensa, & colloquiis familiaribus, & aliis huiusmodi. Prima pars probatur, quia excommunicatio cum non cedat in excommunicati favorem, minime eximit ipsum ab obligatione, quae antea tenebatur, ac subinde non privat alterum iure petendi obsequia sibi ab excommunicato debita. Secunda pars constat ex arg. 1. sententiae. Sic Sivo. Excommunicatio, 5. n. 3. versio. 2. excusat. Et videtur tenere Cajet. sum. verb. Excommunicatio, ad fin. cap. participatio cum excommunicatis quibus casibus permittatur, statim in principio, ubi dicit hanc participationem licitam esse, saltem in iis quae uxor viro debet. Videtur etiam tenere Driedo lib. 2. de libertis. Christ. c. 5. Denum ad planias intelligendum, ubi ait sententiam dicentem obligari virum ad vitandam uxorem excommunicatam, temperari debere, ut possit petere ab ipsa obsequia sibi debita.
 Tertia sententia (cui adhero) docet, fas esse viro in omnibus participare cum uxore excommunicata, eodem modo quo licet uxori cum viro excommunicato. Probatur primo, quia socius potest cum socio excommunicato participare, Gloss. c. 1. verb. Proit 4. d. c. Si tere, verb. Excommunicatorum, de sent. excomm. ergo a fortiori licet marito iure societatis conjugalis, & quae aliis multo arctior est. Secundo, quia uxor & vir sunt correlativa, atque ita dispositum in illa, censetur in hoc dispositum l. In fine de indi. vidi. Nec jura dicere, esse diversam rationem. Quia prorsus est eadem: ratio enim dispositionis in uxore est (ut habemus c. c. quoniam multos 11. q. 3.) ad scrupulos, & pericula animarum vitanda, quae passim suboriuntur, si uxor nequiret cum viro excommunicato participare: item propter obsequia praestanda marito: propter difficilem separationem, & propter fornicationis periculum: quae omnes rationes aequae habent locum, si uxor excommunicata sit. Tertio, quia vir excommunicatus non privatur uxoris obsequiis, c. Inter alia, de sent. excomm. ergo multoties uxor ipsa excommunicata est, alias sine culpa puniretur: contra cap. 1. de confis. & uxore ex suo delicto commodum reportaret. Quia ubi lex alicuius casus meminit, eo quod frequentius accidat, similes casus minus frequentes non excludit, Gl. 1. a. verb. Iudei, c. De his, qui ad Eccles. confis. c. l. ubi vers. Sponam, c. de rapto virg. c. elem. 1. v. Praedictos, de rescr. ubi Inq. n. 21. Rebuff. tract. nominationum, q. 5. n. 25. Peral. ad Lucius, l. 1. n. 22. ff. de legati 2. c. 1. c. Si pater, verb. Si obique liberis, n. 26. de res. in c. Valde, tom. 1. conf. d. n. 2. Pelaz. de iuratu l. p. q. 31. n. 4. Ugolin. de excomm. tab. 2. cap. 23. §. 16. nu. 6. ergo licet d. cap. quoniam multos, de solis uxoris fiat mentio, eo quod viri frequentius excommunicationem incurrant, non censetur exclusus casus, quo uxor ipsa excommunicatione innocua sit. Haec sent. tenent quidam veteres (ut refert Host. n. 14. relatus.) Dom. d. cap. quoniam multos, n. 4. versio. Quero quia textus dicit uxorem, c. ubi Turres. paulo post princ. Palud. 4. d. 18. q. 6. art. 2. n. 3. ubi Gabr. q. 3. ar. 1. notab. 3. versio. Lex, c. Majoris qui 2. paulo post princ. Ar. q. 3. de clau. excepte 6. dub. 2. Ang. Excomm. 8. n. 8. Tabiena Excommunicatio 8. num. 9. versio. 8. Sotus 4. d. 22. q. 1. ar. 4. concl. 5. casu 2. Pet. de Soto lib. 3. de excomm. 5. Secundum sit, Navar. sum. c. 27. num. 27. super versio. Humile, Covar. c. alma mater 1. p. 8. l. n. 8. Ledes. p. 4. q. 25. ar. 1. f. 346. col. A. Ovand. 4. d. 18. q. un. prop. 80. Felin. in Enchir. de censuris, tract. de excomm. cap. 38. verb. Lex, Ugolin. n. 6. proxime citatus. Metina l. 1. sum. cap. 11. §. 5. f. 41. Enric. lib. 13. de excomm. c. 22. n. 2. Capua p. 1. dec. 14. cap. 13. n. 6. Petrus de Ledes. sum. sac. ubi de excomm. cap. 7. casu 2. Vivald. candel. 2. p. de excomm. n. 100. Lud. Lopez 2. p. instr. de excomm. cap. 16. §. Praeterea versiculum, Philiaz. de offio. sacerdot. tom. 1. p. 1. f. 16. ad fin. Bart. a Ledes. de penit. dub. 11. de excomm. casu 2. Addit. Ang. to n. 8. virum non corripientem uxorem excommunicatam, peccate mortaliter, & incurere excommunicationem minorem participando cum ipsa: sententiam tunc solum esse licitam participationem, cum ipsam corrigat, respicere vult. Ceterum peccate admittendum est,

prout admittunt Gabr. Cov. Ugolinus, Et Capua proximo citati, & erit quidem culpa haec mortalis omissionis correctionis fratrum, ubi esset spes emendae, & nulla iusta causa excularet. At minime incurret excommunicationem minorem participando (ut bene dicit Ugolinus.) Quia participatio alicui sit sibi permessa, ut sentiunt omnes Doctores allegati.
 Ad primum arg. ex propositis n. 24. constat ex dictis n. 17. praec. ubi eandem rationem esse probavimus, & omissionem correctionis esse culpam, non tamen oblatam participationi: & fieri in eo textu de sola uxore mentionem, non restringendo ad illam, sed quia frequentior est casus. Ad 2. dic. eo. c. De filia, nullam de excommunicatione fieri mentionem, ac ideo rem nostram minime facere. Vel 2. dic. cum Glossa finali, ibidem, intelligi cum pater sovet filiam in crimine, ob quod est excommunicata, quod denotat ea verba textus, Si eam pater vel mater in afflictum receperit, quod etiam viro interdicitur est, ut constat ex dictis n. 10.
 Quaestio II. Utrum conjug excommunicatus possit debitum exigere, & teneatur alter reddere? Illud tanquam apud omnes certum, soppoendum est. Si conjug non excommunicatus ab excommunicato debitum petat, teneri iure reddere: & fas esse non excommunicato illud exigere. Quod omnes admittunt, nam (ut vidimus num. 14. & 15.) Doctores negantes posse virum participare cum uxore excommunicata, excipiunt debitum conjugale. Et constat, quia uxor excommunicata tenetur viro ad ea obsequia, ad quae ante excommunicationem astricta erat, ut probavi n. 13. item quia debitum pecuniarium potest non excommunicatus ab excommunicato petere, nedum conjugale.
 Difficulus autem in eo versatur. An conjug excommunicatus possit debitum petere? Quidam negant. Et potest probari. Quia cap. quoniam multos 11. q. 3. solum uxori concedit participationem cum viro excommunicato, & ex rationis paritate, quia correlativa sunt, ad virum extendimus. At ipsi excommunicato nullum privilegium ibi conceditur: sicut in constitutione, ad evitanda scandala, Martini V. concessum est fidelibus ne excommunicatis non denunciatis teneantur vitare, ipsi excommunicatis nihilo relevatis, quare tenentur ipsi abstinere a fidelium communione. Ergo similiter licet innocens conjug possit ab excommunicato debitum exigere, & excommunicatus reddere teneatur, non poterit tamen ipse in favorem suum beneficio petendi uti. Secundo, quia excommunicatus viri agendi privatus est, c. Intelleximus, de iudic. Sic docet Glossa d. cap. quoniam multos, verb. Uxoribus, quam approbat ibi Archid. n. un. versio. In glossa, sed nunquid, Capua p. 1. dec. 14. c. 13. n. 6. videtur aperte sentire, Silesi. Excommunicatio 5. n. 4. versio. 2. excusat. Et Greg. Lop. 134. verb. Aelia, 10. p. 1. ubi dicit huiusmodi conjugem exculari quoad debiti redditionem, quoad petitionem vero, eam qui excommunicata non est. Idem videtur sentire Tabien. Excommunicatio l. q. 13. n. 17. ubi ait excommunicatum teneri reddere, ac petere non esse mortale, ubi sentie videtur esse culpam venialem.
 Verum dicendum est fas esse conjugi excommunicato debitum petere. Ducor 1. quia arguitur quodam, & beneficio Ecclesiae in hoc explicans iuramentum Christi intentionem, & rationem excommunicationis, quae medicina est, & non feneducium, c. 1. de sent. excomm. in 6. statutum est, ne conjuges excommunicati teneantur vitare ipsos vitare, ut sic animarum periculis consulatur: an si lex permittit hanc participationem, prohiberet marito excommunicato petitionem debiti, minime periculum consulere, sed rere illi stenderet, cum difficultissimi sit abstinere, ac prope ingenium esse & non casu fieri. Praeterea, quia conjug non excommunicatus tenetur ad obsequia excommunicato praestanda, sicut ante excommunicationem (ut probavimus n. 13.) inter quae primas tenet licite ergo excommunicatus, obsequium hoc sibi debitum exiget: Accedit quod servi domino excommunicato inservire tenentur, c. Inter alia de sent. excomm. & subinde licet domino ea petere obsequia, alioquin idest servorum ingenium, ut ea nunquam praestent, ergo licet ibi idem viro excommunicato; eo vel maxime, quod uxores ingenio quodam pudore nunquam petere audent. Nec obstant oppositariorum, quia in ea constitutione, ad evitanda scandala, habetur expresse, intentionis illius esse, in nihilo relevare excommunicatus nec ibi est tantum periculum, cum facile possit excommunicatus aliorum consortium vitare. At d. c. quoniam multos, id non exprimit & periculum esset maximum: ut probavimus. Nec excommunicato interdicitur quereumque debiti pecuniarii petio, sed actio ad comparandum in iudicio. Ideo haec sententiam tenent Ugolin. de excomm. tabul. 2. c. 23. §. 6. n. 3. Enric. l. 13. de excomm. cap. 22. n. 2. & pro illa sunt Doctores quos referam num. 23. asserentes virum spoliatum posse in iudicio repetere uxorem.
 Id tamen fatendum est, quoniam esset delictum in excomm. 21. municato petere debitum, ac teneatur alter conjug reddere. Quia est circumstantia tenens se ex parte solius petentis. Iuxta regulam traditam hoc lib. disp. 6. n. 7. Atque ita Glossa, Et Archid. Capua, quos retuli n. 19. dicentes peccare excommunicatum petendo, fatentur alterum teneri reddere, & idem docent Ant. cap. Inter alia n. 8. de sent. excomm. Ugo d. excomm. tabul. 2. c. 23. §. 6. num. 2. idque n. praeced. probavi.
 Ex